B N. C
FIRENZE
1017
2

Digitized by Google

1017.2

Digitized by Google

STRENA
SERENISS. PP. COSMI
MEDICIS IV. MAGNI HETRVRIÆ &c.
principis, & Mariæ Magdalenæ Archiduciſſæ Au-
ſtriæ &c. Sponſorum Nuptiis, menſe Octobri extremo, anni
à C. N. CIↃ IↃC IIX Feliciter celebratis.



Subiectiſſ: obſeru: ergò, cum opere Stemmatum Chriſtianorum Principum,
Conſecrata ad Calendas Ianuarias, auſpices anni à C N. CIↃ IↃC IX,
à Dominico Cuſtode, Chalcographo, ciue Aug. Vindel.

Digitized by Google

MITIA *nunc iterum* MEDICÆIS NVMINA *tædis*
AVSTRIACAM *ſociant fauſto quia ſidere Sponſam,*
Illuſtresq́ue animas, Amor, & concordia iungit
Pectora, tantorum non vnquam indigna parentũ:
Tu quoque, neſcio quàm, tamen I, Iunone ſecundâ,
I liber, & magnis magnos Heroas honora
Stemmatibus, quæq́ue ante licet BONA DICERE
Voce uerecunda præfatus; paucula ſubde, (*VERBA*
Paucula ſubmiſſum teſtantia verba fauorem
(*Ruricolæ ſic non ſpreuit Rex munera magnus,*
Cilnius Hetruſca ſic cretus origine regum,
Quamlibet è magnis non centurionibus ortos
Fouit: & eſt adeò nemo peregrinus, vt huius
Calcata ignoret dudum veſtigia CilnI
A Medicum florente domo) *Tu, noſtra, fatêre,*
Non ſunt Phidiaci pretioſa toreumata cæli;
Queis tamen interdum placuere toreumata noſtra,
Adijcito, Mæcenatum fuit vnus & alter:
His, ſupplex ora, ſe Mæcenatibus addat
Hæc Domus, & noſtro hoc, pete, ſit contenta Catone.
Perq́ue patris nomen FERNANDI *poſcito Sponſum*
(*Fernandi, quo non Tyrrhenis alter in agris*
Aut pacis Princeps, aut obſeruantior æqui eſt)
Per patrui, prior Hetruſcis dominatus in agris
Qui Sponſi genitore, illos in pace regebat
FRANCISCVS (*concordi animo par nobile fratrum*)

FRANCISCVS *Coſmi, I. Magni Ducis F. II. Magnus Florent & Senar &c. Dux p. m. Sponſi patruus.*

Digitized by Google

FERDINAN. I. CÆSAR, *Sponſa avus.*

Connubio cui junƈta fuit patre Cæſare nata
Auſtriaco, qui, Sponſe, tuæ iam propater audit
Conſortis, patri ille tuo cognominis, vt tu

COSMVS FLORENTIÆ ET SENARVM &c. MAGNVS DVX I. SPONSI COSMI AVVS.

Propatris ipſe tui gaudes quoque nomine COSMI,
Coſmi, qui Magni titulos Ducis atque decôra
Primus in hac ſtirpe eſt manſuro naƈtus honore,
Quique Fluentinam, magno turbante tumultu,
Rem ſtitit, aſſeruit Medicumque in ſecula genti,
Imperio Senaſque, Iluamque adjecit avito,
Iuſtitiâ dubium, validiſne potentior armis:

ELEONORA *Petri Toletani proreg. Neapol. filia, Coſmi* I. *Mag. Duc. Florent. &c Coniux.*

Ille Toletanâ leƈti conſorte potitus,
Cæſare dante, locoque in Iberis principe natâ,
Stemma propagavit, patruo, & genitore creatis,

FERDINANDVS *Sponſi pater, Florentiæ & Senarum Magnus Dux* III.

Sponſe, tuis: genitore, audit qui Magnus Hetruſci
(Audiat incolumiſque diu) Dux tertius agri:

CATHARINA *Caroli* III. *Lotharingiæ Ducis F. Sponſi mater.*

At tu quartus eris, Lotharingo è ſanguine mater
Thyrreno CATHARINA *dedit quem læta parenti.*

Plura audire vacat ſi forte Heroibus, iſthæc

LEO X. LEO XI. PONTT. MAXX.

Adde liber: binos non emoritura LEONES
Gloria Pontifices tollat quæ, maxima Roma
Quos habuit, Chriſtique vicem venerata gerentes

CLEMENS VII. PONT. MAX.

Chriſtiadum gens eſt: CLEMENS *queis ſeptimus adſit,*
Munus idem qui geſſit, eâdem laude perennis:

CATHARINA *Medicea Henrici* II. *Francorum Regis coniux.*

Stemmata qui inſeruit Medicææ Gallica ſtirpi,
Connubio neptis regalia: néue periret

Hæc

Hæc Italûm cum Francorum conjunctio gente,
Rex hodie HENRICVS, *tam pacis idoneus auctor,*
Primus inire manu, poſtremus ponere bellum
Quàm ſolitus, donec Gallûm diadema teneret,
Atque diu teneat, conjux ſibi, juſſit, ut eſſet,
Filia Franciſci Magni Ducis atque IOANNÆ,
Cæſaris ex illâ neptis, fœcunda beavit
Quæ dominis Gallos, regem gnatisque maritum.
Ceu Soror ipſius Ducibus te Mantua diues
Inſtruit, & Medicum Gonzagæ ſemina ſtirpi,
Cæſaribusque Palaeologis iunectere geſtit.

HENRICVS IV. GALLIÆ & NAVARRÆ REX. MARIA *filia Franciſci Magni Florentia & Senar. Duc.* II. & IOANNÆ AVSTRIÆ ARCHIDVCISSÆ, &c. FERDINAN. *Cæſaris filia,* HENRICI IV. *Franc. & Nauarr. Regis coniux.*

ELEONORA *Franciſci Mag. Florent. & Senar Duc.* II. *Filia, Vincentij Gonzaga Mantua & Montiſferrati Ducis coniux.*

Et proavum Sponſi, Liber, haud obmitte IOANNEM,
Inſuber: & Gallus, rueret qui quantus in arma,
Quem ſenſere: ſuis quem gens quoque SFORTIA *vidit,*
Inſertum agnatis, gens Sfortia, geſſit habenas,
Quæ Inſubrium, inſeruit Medicum & ſua ſemina ſtirpi,
Inſubra Thyrrenæ. Sed & hunc cum laude loquêris,
Qui Macedûm magni regis de nomine dictus,
Eſt Sponſi prægreſſus avum, Thyrrenaque rexit
Arua, Fluentino & caput & Dux præfuit agro,
Auſtriacus tantos peperit cui Cæſar honores.

IOANNES MEDICES COSMI I. MAG. DVC. FLORENT & *Senar. &c.* PATER.

ALEXANDER MEDICES FLORENTIÆ DVX.

His veteres alios Medicææ jungere ſtirpis,
Si potis es meminiſſe, queas: ſed dicere plura
Si tibi relligio eſt, fugis & prolixior eſſe:

Digitized by Google

Hoſce duos modò ne indictos patiaris abire:

LAVRENTIVS *magnus Medices*

LAVRENTEM *magnum, nemo magis vnus amauit*
Quo Muſas. Et quem patriæ FLORENTIA *dixit*

COSMVS I. PATER PATRIÆ.

COSMVM *pulchra patrem: quorum nomenque decusq́;*
Non niſi ſuprema mundi cum luce peribit.

MARIA MAGDALENA, *Archi Ducissa Auſtriæ &c. Sponſa.* CAROLVS ARCHIDVX AVSTRIÆ &c. p. m. *Sponſæ pater.* MARIA ALBERTI V *Boior. Duc.* p. m. *Filia ſponſæ mater.*

Claudere jam rivos, Liber, & fas cedere moli eſt.
Nam ſi Sponſa tibi dicenda eſt MAGDALIS; aut ſi
CAROLVS illius genitor: ſi cætera quæ ſunt
DE AVSTRIACA BOIAQVE domo ſolemnia dici,
(Hinc materna trahit, patria illinc germina Sponſa)
Oceanum ingrediere. Magis verum ergo tacere eſt,
Quàm, ceu de priſcâ Carthagine, dicere pauca.

FERDINANDI I. MAXIMIL: II. RVDOLPHI II.

Sufficiat, Sponſæ patrem, gnatumque fuiſſe
Cæſaris, & fratrem, & patruelem, vnumque Regentum
E numero, de quo mentiri fama veretur,
Siue togas, ſaga ſeu malles, ad vtrumque paratum.

RVDOLPHO II.

Sufficiat, magno fieri de Cæſare votum
(Cæſare, de cuius pendent nunc cuncta ſalute)
Auſpicibus ſuperis longos vt regnet in annos,
Totius id MERVIT cunctis pro regibus orbis.
Fratribus illius, ſponſæ patruelibus optes
Hoc vt idem; & ſponſæ germanis fratribus: omnes
In populis Deus omnipotens regat ipſe regendis.
Sufficiat, ſponſæ Reginas, ſcire, ſorores;
Eſſe. Vnam Hiſpano cerni diademate cinctam,

Illius

Digitized by Google

Illius in Regis thalamo, cui porrigit herbam
Summa erat in toto Romana potentia quæ orbe:
Cui quoque ſint regi geniti hac Heröide gnati,
Regi maiorum veſtigia clara prementi.
Sufficiat, binas ſponſa geſſiſſe ſorores,
Quæ gerit altera adhuc, regni diadema Poloni,
Et Sueci; placidoque dediſſe pioque marito
Magnanimoque, quibus cedant diademata fauſtos
Hæredes, quando id fatorum exegerit ordo.

MARGARITA PHILIPPI III *Hiſpan. Indiar. Regis Catholici. coniux, Sponſæ Soror.* ANNA SIGISMVNDI III. *Polō. & Sue. &c. regis cōiux prior, p.m.* MARIA, *hodieq; ſuperſtes, coniux poſterior; Sponſæ Sorores.*

Hæc vbi dicta, Liber, dederis, te fronte ſerena
Heroës tanti vt capiantque legantque, precatus:
Excuſa tamen hoc, ac dilue voce modeſtâ,
Tempori vbi forſan veniſſe negabere, verùm
Acceſſiſſe thoros iam non dicere recentes.
Heic tu; quando tibi hoc ſors non ſat amica negarit,
Nunc hoc, nunc illo te aliâs remorata labore:
Auſpicibus tamen hæc Anni voluiſſe Calendis
Te ſeruata, nouis nec dudum, ponere Nuptis,
Te ſimul, hoc carmenque illis addicere STRENAM,
Ac pariter, tædas, cœptumque precarier annum,
Atque alias, longùm, Deus vt fortunet ariſtas:
Poſteritas donec feſſos ætate parentes
Sedibus ætherëis, poſſit ſatis apta, receptos
Excipere, & Thuſcis porrò ſupereſſe regendis;
Patribus haud tantis vnquam inferiora ſequendo,

Digitized by Google

Seu CVNEOS *ſpectet, maternæ Symbola ſtirpis,*
Haud ſemel exitioſa inimicis Symbola Chriſti:
Siue PILAS, *gentis præluſtria ſigna paternæ,*
Orbi, ob virtutem, pridem, haud ignota globoſo:
Signa adeò Thraces terrentia nuper apellas,
Menſe Octobri extremo, Anni CIↃ IↃC VIII. *Pars Ægyptiacæ Thuſcis vt plurima gazæ*
Cederet, haud modico Thracum direpta cruore,
Byzantini aliâs gazis addenda Tyranni.
Heic geminare decet BONA VERBA, *heic omina fauſta:*
Tantum Ægyptiacæ non vidit Hetruria gazæ,
Ex quo viderunt Ægyptum tempore victam,
Littora Romanos celebraruntque Actia ludos.

Iamque, Liber, multo verborum hæc fatus honore;
Dicto & in innumeros NVPTIS FELICITER *annos,*
Conticeas tandem, factoque heic fine quieſcas.

Auguſtæ Vindelicorum, typis Chriſtophori Mangi.

Digitized by Google

MC

Digitized by Google